Urbanus Papa V. à Casimiro Poloniæ et Ludovico Hungariæ regibus flagitatus est, ut Poloniam à Tartaris vastatam juvaret, quorum petitioni non annuendo Gnesnensi archiepiscopo et suffraganeis vastitatem ita describit.

Nuper charissimi in Christo filij nostri Ludovicus Hungariæ, et Casimirus Poloniæ reges illustres nobis significare curarunt, quod cum nuper inter ipsum regem Poloniæ ex una parte ac nonnullos schismaticos ac perfidos infideles ex altera treuga penderent, et servarentur hinc inde, ipseque rex Poloniæ nullum eorum infidelium formidaret insultum: ijdem infideles ex innata eis malitia et execranda fallacia in terra ejusdem Regis super hoc improvisi, subitò clandestine ac hostiliter irruerunt, terras ipsas depopulando, et earum incolas captivando, necando, et mulieribus abutendo, ecclesias profanando ac etiam destruendo. Et inter alia mala et damna, quæ in dicto regno patraverunt et intulerunt, Castra Vurutz, Paloneo, Rotemburch et Polcosko Cracoviensis diœcesis, utique nobilia ac fortia occuparunt et funditus destruxerunt, et alia mala innumera commiserunt. &c. Datum apud montem Flasconem idibus Maij, Annô Domini Millesimô trecentesimô, sexagesimô, nonô. pontificatûs nostri annô VII.

scrip: Kalinowski.

...ego Dyenygi nektore z ustaw Synodalnych. Vide Raynald. Hist. Eccl. 1346.